

Suarez advertit, num. 41 habetur non esse facultatem in prælatis religionum licentiandi subditos ad laxiorem religionem; quia Pontifex noluit hoc privilegium Societati concessum esse aliis Ordinibus commune, etiam si habeant privilegium communicationis amplissimæ. Unde modo nedum probabile est, sed prorsus certum, supradictis attentis, nullum religiosum posse ad religionem laxiorem transire sine licentia Sedis Apostolicæ, quam ex stylo Pontifex non solet dare nisi media consultatione Sacræ Congregationis Episcoporum et Regularium.»

3838. Como se ha dicho que hay mendicantes que lo son por derecho común, y que los hay por privilegio, tratando Passerini sobre esta materia en el núm. 150 del lugar citado, dice así:

«Ideo de jure communi quatuor sunt Ordines mendicantium, scilicet, Ordines Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Augustini, et Carmelitarum; ut habetur, cap. unic., *De religiosis domibus*, in 6, § *Sane*.»

En el núm. 151 dice así Passerini:

«Quod vero Azorius, lib. 12, cap. 23, distinguit mendicantes in eos qui sunt tales ex regula, et ex constitutionibus, quia Minores sunt mendicantes ex regula, Prædicatores vero et Carmelitæ ex constitutionibus, verbalis est hæc distinctio, et non multum consideranda; quia in illis religionibus quæ sub aliqua regula communi militant, propria regula constituitur ex illa communi regula et propriis constitutionibus: Suarez, tom. 4, *De relig.*, tract. VIII, lib. 1, cap. 1. Neque enim regula Sancti Augustini est propria regula Prædicatorum, sed est regula communis ipsis et omnibus aliis qui sub ea Deo militant. Sed propria regula Prædicatorum est regula Sancti Augustini, ut acceptata, explicata, limitata, et ampliata per hujus Ordinis constitutiones. Ita cum hoc anno Summus

Pontifex dispensaverit occasione pestilentiae super esu carniū cum sæcularibus et regularibus, illis exceptis qui ex regula non comedunt carnes, ortumque fuerit dubium apud aliquos, ad verba materialiter respicientes, an Pontificis dispensatio extenderetur ad Prædicatores, quibus non regula Sancti Augustini, sed constitutiones prohibent usum carniū, Summus Pontifex etiam consultis theologis, declaravit non extendi; vere enim Prædicatoribus ex regula propria interdictus est usus carniū, cum sit illis interdictus ex propriis constitutionibus. Unde ipsi etiam ex regula sunt mendicantes, quia eorum propria regula ex constitutionibus completur, quibus interdicitur habere in communi possessiones ac redditus.»

En el núm. 152 continúa Passerini:

«Verum tamen est, quod modo hujusmodi Ordines ex dispensatione Concilii Tridentini, sess. 25, *De regular.*, cap. 3, exceptis Minoribus de observantia, et Capuccinis, bona in communi possident. Sed nihilominus et nomen, et jura, et privilegia mendicantium retinent, nam privilegium tollens unum, non tollit aliud: leg. *Si domus tua*, ff. *de servit. urbanorum prædiorum*, et cap. *Pastoralis*, de *privileg.*, cap. *Ex tuarum*, de *author. et usu pallii*. Quamvis igitur Concilium Tridentinum dispensaverit cum istis ordinibus ut possint habere bona stabilia in communi, non eos tamen liberavit ab obligatione servandi alia quæ mendicantibus Ordinibus in jure præcipiuntur; unde nec remanent privati privilegiis quæ eisdem mendicantibus Ordinibus concessa fuerunt, ut docent Dominic., Sanchez, Suarez, etc. Ubi advertit, et bene, quod Concilium Tridentinum non abstulit ab hujusmodi Ordinibus mendicitatem, sed permisit habere bona in communi propter temporum iniquitatem, vel incommoditatem, tamquam necessarium ad conservan-

dam perfectionem in statu religioso; ideo remanet in dictis Ordinibus substantia status mendicantium, et de facto tales religiosi mendicant, ubi opus est, et in multis locis vivunt ex elemosynis.»

3839. En el núm. 153 continúa Passerini:

«Præter hos quatuor Ordines, qui sunt de jure communi mendicantes, alii sunt tales ex constitutionibus apostolicis: nimirum Servi Mariæ, ex constit. 44 Pii V, *Romanus Pontifex*, 1.º Octobris 1568; Minimi Sancti Francisci de Paula, ex constit. 5 Sixti V, et ex constit. 4 Pii V, *Apostolica Sedis benignitate*, 9 Novembris 1567; Jesuatæ Congregationis Sancti Hieronymi, ex constit. Pii V, *Romanus*, sub die 19 Novembris 1567; Patres Societatis Jesu, ex constit. Pii V, *Dum indefensa*, sub die 7 Julii 1571. Et quod etiam collegia Societatis et scholastici in ea degentes sint mendicantes, late probat Fagnanus, ad cap. *In præsentia*, num. 91, *De probat.* Item mendicantes sunt Carmelitæ discalceati, ex constit. 101 Clementis VIII, *Romanum Pontificem*, sub die 20 Augusti 1603; Discalceati Sanctissimæ Trinitatis, per constitutionem 60 Pauli V. Numerantur etiam Jesuati Sancti Hieronymi a Lezana, verb. *Mendicantes*, num. 2, et a *Lucerna Regular.*, verb. *Mendicantes*, num. 4. Ideo omnes hujusmodi Ordines mendicantes, quia vere tales sunt, manere obligatos ad ea jura servanda ad quæ antiqui Ordines tenebantur, et sub nomine mendicantium comprehendi, ratio dictat, quia lex loquitur personis natis et nascituris, et tenent Navar., Suarez, etc. In specie vero, quod omnes præfati Ordines comprehendantur sub dispositione Clementinæ 1.ª, *De regular.*, de qua loquimur, docent Azorius, Suarez, Sanchez, etc.

3840. En el núm. 154 continúa Passerini:

«Non tamen hæc Clementina locum

habet in monialibus Prædicatorum, aut Minorum, aut alterius Ordinis mendicantium, quia monialium monasteria non ex dispensatione, sed ex regula redditus habent, et possessiones, nec eorum statum valde condecet mendicare: Guliem., Bonac., Sanchez, etc., contra Lapum, Mandos., Glos., Imol., Bonif., Dominicum et Franc. ab eo relatos. Quod etiam inde colligitur, quod moniales istæ per gratiam specialem obtinuerunt communicationem in privilegiis Ordinum mendicantium; ut enim considerant Rodriguez, tom. 1, q. 55, art. 1 et 13, et Tamburin., *De Jure Abbatum*, tom. 7, disp. 17, num. 49, monialibus Prædicatorum Leo X, et monialibus Minorum Clemens VII, privilegia Ordinum mendicantium concesserunt; quod non fuisset necessarium, si illæ fuissent mendicantes.»

Después, en el núm. 155, dice Passerini:

«Ideo nec sub hac Clementina 1.ª, sub nomine mendicantium comprehenduntur Ordines non mendicantes, licet gaudeant privilegiis mendicantium per communicationem; nam, ut ait Suarez, tom. 4, *De religione*, tract. IX, cap. 8, num. 15 ad religionem mendicantem in rigore non sufficit quod gaudeant privilegiis mendicantium. Et modo hoc convenit etiam monachorum Ordinibus, quos non numerari inter Ordines mendicantium constat per extravag. *Viam ambitiosæ*, de *regular.*, in qua mendicantibus Ordinibus prohibetur transitus ad Ordines monachales, præterquam ad Carthusiensem. Participant etiam privilegiis mendicantium canonici regulares, monachi et clerici regulares, ut relatis bullis Pontificum probat Barbosa, loc. cit., qui tamen non sunt mendicantes; et in hac Clementina veniunt sub nomine non mendicantium. Vid. *Lucernam Regularium*, in verb. *Mendicantes*.»

Continúa Passerini en el número 156:

«Sub nomine etiam mendicantium veniunt solum professi in aliquo mendicantium Ordine. Novitii enim nondum professi, sicut liberi sunt ut ad sæculum redeant, ita et ut ad quemcumque Ordinem transeant; et discedentes ab Ordine uno, prius sæcularizantur quam alterius habitum induant. Clementina vero loquitur de professis qui ex vi professionis tenentur permanere in vocatione: Gloss. verb. *Ut professores*, Imol., Card., Sanchez, etc.»

3841. Cada instituto regular sabe los privilegios y las prohibiciones que tienen sus individuos en orden á trasladarse á otro instituto distinto. El que desee enterarse circunstanciadamente de las disposiciones canónico-regulares acerca de la traslación de los individuos de algunas Ordenes en particular á otro instituto distinto, vea á Passerini, en el tomo 3. *De hominum statibus*, q. 189, art. 8, núm. 57 y siguientes. Es verdad que después que escribió Passerini pudo haber alguna variación canónica. Las Constituciones de la Orden de Predicadores, publicadas en Roma en 1690, en la distinción 1.^a, cap. 13, § 4, letra M, dicen así:

«Declaramus, quod quamvis de jure antiquo communiter poterant fratres quorumcumque Ordinum, sive mendicantium, sive non mendicantium, ad Ordinem nostrum, propter sui præstantiam, cum licentia Magistri Ordinis transire; tamen postea, propter constitutionem Bonifacii, Papæ IX, nullus ex alio Ordinum mendicantium potest ad Ordinem nostrum, neque ex nostro ad alium, nisi de licentia Sedis Apostolicæ transire. Martinus quoque V sub pœna excommunicationis latæ sententiæ prohibuit, ne ullus religiosus quorumcumque Ordinum mendicantium cujuscumque status, conditionis, etc., virtute quarumcumque facultatum concessarum etiam auctoritate apostolica, etc., admitti vel recipi possit

per quoscumque superiores monasticos in monachum cujuscumque Ordinis monastici (Carthusiensi dumtaxat excepto), sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam incurrunt ipso facto receptores et recepti; à qua absolvi non possunt extra articulum mortis, nisi à Romano Pontifice.»

Lo mismo que se dice en el párrafo anterior se lee en la edición de las Constituciones aprobadas novísimamente por el Capítulo general celebrado en Gante en 1871 (núm. 310); y en el núm. 344 se lee lo siguiente:

«Fratres qui transeunt legitime ex nostro Ordine ad alium, si postea redeant facta professione, a die secundæ suæ receptionis in Ordine computabunt annorum antiquitatem. Sic enim habetur Gandavi, 1871, ordin. pro bono regimine 15. Fratres qui transeunt ad Carthusiam, aut cum licentia apostolica legitima ad alium Ordinem si contingat illos ad nos postea reverti, non censeantur amississe gradus, quos forte possidebant, nec antiquitatem suæ professionis; dummodo ad nostrum Ordinem revertantur ante factam in altero Ordine professionem votorum temporalium, aut perpetuorum, simplicium, aut solemnium. Quod si post quamlibet professionem illos iterum apud nos admitti contingat, pleno jure censeantur amississe omnes gradus suos, et a die ultimæ suæ receptionis in Ordine nostro antiquitatem computare incipiant.»

3842. El que se trasladó legítimamente de un instituto á otro, queda totalmente absuelto de la obligación de la regla primera que había profesado, y de la jurisdicción de los superiores del primer instituto que había abrazado. Esta doctrina, dice Passerini en la citada q. 189 del tomo 3, art. 8, núm. 169, «videtur certa, quia per hujusmodi transitum religiosus totum se tradit posteriori religioni, et superioribus ejus; unde

manet obligatus regulæ talis Ordinis et ad obediendum superioribus illius, secundum eandem regulam: et ex consequenti manet absolutus a vinculo regulæ prioris Ordinis, et prælatorum illius jurisdictione, qui propterea non habent super eum vim coactivam, ut illum pro delictis corrigere aut punire possint. Nihilominus eundem non esse omnino absolutum à priori obligatione et jurisdictione in duplici casu, ostenditur. Primus est, si translatus a posteriori sua religione apostatetur, vel ad laxiorem religionem transeat.» Así es que poco después dice Passerini:

«Ita si religiosus Ordinis Prædicatorum vel Minorum a posteriori religione apostatetur ut in sæculo maneat, vel ad religionem laxiorem transeat, possunt prælati Predicatorum vel Minorum contra illum tamquam contra apostatam agere, illumque compellere ut ad obedientiam seu religionem desertam redeat. Cujus quidem concessionis duplex est ratio; nam primo, talis religiosi apostasia redundat etiam in injuriam prioris religionis. Secundo, per hoc occurritur fraudibus, quæ adesse possent, si aliquis ea intentione transiret ad aliam religionem, ut inde meliorem occasionem vagandi et apostatandi haberet. Notat vero Suarez, hoc privilegium non extendi ad religiosum qui transeat ad religionem parem, nec ad eum qui transeat ad laxiorem cum dispensatione legitima.»

3843. Después dice Passerini, en el núm. 170:

«Secundus casus est, quod ubi in aliqua religione, præter tria vota substantialia, emittuntur aliqua alia vota, in transitu ad aliam religionem manet illorum votorum obligatio. Verum est, quod doctores communiter hoc negant, quia hujusmodi vota sunt annexa professioni factæ in priori religione; unde cessante prioris professionis obligatione, cessare videtur

obligatio talium votorum. Et sic Minimus transiens ad Minores potest vesci carnibus; et professus in Societate transiens ad Minimos est liber a specialibus votis quæ in Societate emittuntur a professis: Sanchez... Suarez... Bordonus... Ubi habet, quod Minimus ad aliam religionem translatus, etiam dum est novitius, potest vesci carnibus, quod etiam sentiunt alii.

«Verum primo, hoc non admittitur in voto speciali de non petenda vel acceptanda dignitate extra religionem, quod emittunt aliqui regulares; quia hoc votum durare in religioso, qui illud emisit, translato ad aliam religionem, declaravit Urbanus VIII in sua constit. 140. Sed idem dicendum respectu omnium votorum similium, quia Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium non concedit licentiam ad hujusmodi transitum, nisi cum expressa conditione quod translatus maneat ad hujusmodi vota obligatus; ut patet in una *Clericorum Minorum*, 16 Decembris 1639; et ita hanc partem sustinui et probavi supra, q. 185, art. 8, núm. 168, pag. 418.

«Non est enim diversa ratio de voto illo non petendi dignitates, et aliis quæ ex religionum statuto a religiosis emittuntur; et ex constit. Urbani VIII *Honorum*, quæ est 165, satis apparet eandem esse rationem de votis omnibus, ibi: «Nihilominus aliqui ex regularibus translati ad alios Ordines regularium, etiam mendicantium, qui prædictum aut simile votum non emittunt, retro aspicientes,» etc. Et cum Pontificis ratio sit, quia religiosi retro respicerent si extingueretur præfatum votum per transitum ad religionem, bene apparet quod hæc est ratio quæ in omni simili voto durat. Unde talia vota nedum non cessant, sed super illis solus Papa potest dispensare.»

3844. En el núm. 171 del lugar citado examina Passerini «an trans-

iens ex una religione ad aliam possit secum aliquid deferre ex bonis ad suum usum concessis; et insuper an bona quæ intuitu professionis illius priori religioni obvenierunt, transeant cum illo ad posteriorem religionem? Indubitatum enim est, quod ea quæ post professionem in secunda religione acquiruntur, vel ejus intuitu relinquuntur aut donantur, sint secundæ religionis, cujus est ipsa persona religiosi, nec habet amplius aliquid commune cum priori religione: Navar., cap. *Non dicatis*, num. 31, 12, q. 2; Rodriguez, tom. 2, q. 78, art. 2; Azor., part. 1, lib. 12, cap. 15, q. 3; Molin., tract. d. 140; Tuscus, t. 5, litt. M., concl. 322; Suar., tom. 4, *De relig.*, tract. VIII, lib. 3, cap. 13; Mirand., tom. 1, q. 31, art. 14; Ægidius, Pereira, Villalb., Hier., Rodrig., Tambur., *De Jure Abbatiss.*, disp. 21, q. 7, num. 7; Bordon., *De profess.*, cap. 5, q. 44. Sicut et indubitatum est quod, si novitius, ante emissam professionem

in priori religione, transeat ad secundam et in ea profiteatur, bona ejus acquiruntur secundæ religioni; et ita quod si aliquid priori religioni donasset intuitu seu causa ingressus in religionem, novitius vel novitia hanc donationem, tamquam similem donationi factæ causa mortis, posset revocare: Rota in *Romana donationis de Mongellinis*, 14 Januarii 1636, coram Carillo, quæ est 8 apud Tamburin. *De Jure Abbat.* Sed dubium est an ad secundam religionem spectent etiam bona, quæ occasione professionis acquisivit prior religio.

Después Passerini pone tres opiniones sobre esta materia. Omito hablar de las razones de cada una de ellas, porque las trata con tanta difusión, hace tantas restricciones, limitaciones y distinciones, que me alargaría demasiado si las tratase completamente. El que quiera enterarse á fondo de esta materia, vea á Passerini, tom. 3, q. 189, art. 8, número 171 y siguientes.

TRATADO CUARTO

De los privilegios de los regulares.

No es mi ánimo hacer un tratado completo de los privilegios de los regulares, porque esto exigiría que me extendiese demasiado. Tan sólo me propongo hablar de aquellos privilegios que pueden interesar de modo especial á los religiosos. El que desee enterarse circunstanciadamente de esta materia, puede acudir á los autores del derecho canónico, que la tratan difusamente, y á aquellos que cita Benedicto XIV, lib. 9, *De Synodo Diocesana*, cap. 15, núm. 4; advirtiéndole que no sólo se trata de algunos privilegios de los regulares, sino también de algunos casos en que los regulares están sujetos á los Obispos, para que, sabiendo los unos y los otros sus deberes, se conserve la debida armonía.

3845. En orden á los privilegios de los regulares, se han de evitar dos extremos, á saber: el exagerado celo de aquellos superiores que, con el pretexto de defender sus derechos, no guardan á los regulares los privilegios que legítimamente les están concedidos por los Papas ó por los Concilios generales: el otro exceso consiste en que algunos regulares quieren extender sus privilegios más allá de lo justo, pretendiendo hacerse independientes de los Obispos en materias en que les deben estar sujetos.

Entre otros autores, trata en parte esta materia el nunca bastantemente alabado Benedicto XIV, lib. 9, *De Synodo Diocesana*, capítulos 15, 16 y 17, en los cuales reprueba con igual energía los dos extremos de que he habla-

do al principio, á saber: la extralimitación de los Obispos cuando no quieren respetar los privilegios de los regulares, y la presunción de éstos cuando no quieren estarles sujetos en las materias que son de derecho. Como este gran Pontífice trata las cuestiones con tanto acierto, y como, cuando terminó su inmortal obra *De Synodo Diocesana*, llevaba ya catorce años en el Pontificado, me parece conveniente poner en este lugar una parte de lo que dice sobre lo que pueden ó no pueden los Obispos respecto de los regulares. Dice así en el capítulo 15:

«Nihil in synodo constituendum, quod regularium privilegia lædat.

»Num. 1. Quemadmodum inferiori non licet legem abrogare a superiore latam, ita nec privilegiis derogare cuiquam a superiore concessis; quocirca S. Gregorius Magnus, epist. 14, lib. 8, indict. 1, tom. 2 oper., col. 905: «Hæc constitutionis nostræ decreta, quæ pro defensorum sunt privilegiis, et ordinatione disposita, perpetua stabilitate, et sine aliqua constitutum refragatione servari, sive quæ scripto decrevimus, seu quæ in eis in nostra præsentia videntur esse disposita; nec a quoquam Pontificum in totum partemve qualibet occasione, convelli decernimus, vel mutari;» et epist. 3, lib. 9, indict. 2, col. 1018:

«Cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea quæ pro quiete monachorum religiosæque conversationis fuerint ordinata, nec dissimulatio negligencia